

stipitibus, prodiit? Egregia semina tua à Roque lecta mihi pulcherrimas dedère plantas, uti *Reaumuream*, *Senecionem purpureum* foliis varicosis, *Micropum erectum*, etc.; ipsi, quæso, grates referas maximas.

Apud te commendo discipulum meum Dom. Alstroemerum juvenem candidissimum, mihi amicissimum. Utinàm ejus loco liceret mihi tecum vivere per aliquot dies; hoc præferrem omnibus mundi deliciis. Quæso, ostendas ipsi gloriosissimæ vestræ Floræ thesauros. Floret jam *Ononis tridentata*, quam à te accepi; et altera *foliis crispis* Horti Monspel.

Accepi hoc anno verum *Rhabarbarum Sinense* \*, quod distinctissimum est à *Rheo tatarico*; hoc anno non floruit, sed egregiè crescit. Apud nullum authorem ejus descriptionem legi.

Annon vidisti *Belladonnam (atropam) humifusam*, Hispanicam? Non credo quòd sit originis Hispanicæ; an Peruviana?

---

\* « Indépendamment des Cochenilles que Linné voulait importer en Suède, il résulte de plusieurs passages de ses lettres qu'il s'efforça d'y introduire aussi la vraie Rhubarbe. Ce fut lui, qui le premier, établit le *Rheum Palmatum* en culture régulière; il provenait des semences tirées de Tartarie. » (A.-L.-A. FÉE, *Op. cit.*, p. 172.)